



54

Q. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO,
PRINCIPES REGIO, ELECTORATVS SAXON. HEREDE
ETC. ETC. ETC.
CONSENSV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS
DISSERTATIONEM
DE
SCEPSI PHYSICA
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTVNT
PRAESES,
M. IO. FRIDERICVS VVEIDLER
MEGA-NEOHVSANVS THVR.
ET
RESPONDENS
RVDOLPHVS PAVLVS Pfeiffer
ERFVRTHO-THVRING.
D. VII. KALEND. IVL. A. CIO 10CC XII.

VITEMBERGAE,
FORMIS CREVSIGIANIS.

A detailed list of names and titles in Latin, arranged in two columns. The entries include:
1. RUDOLPHUS FALCONIS
2. ET RAPHAELIS
3. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
4. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
5. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
6. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
7. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
8. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
9. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
10. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
11. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
12. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
13. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
14. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
15. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
16. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
17. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
18. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
19. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
20. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
21. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
22. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
23. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
24. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
25. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
26. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
27. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
28. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
29. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
30. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
31. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
32. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
33. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
34. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
35. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
36. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
37. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
38. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
39. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
40. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
41. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
42. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
43. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
44. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
45. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
46. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
47. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
48. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
49. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
50. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
51. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
52. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
53. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
54. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
55. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
56. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
57. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
58. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
59. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
60. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
61. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
62. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
63. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
64. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
65. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
66. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
67. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
68. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
69. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
70. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
71. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
72. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
73. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
74. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
75. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
76. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
77. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
78. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
79. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
80. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
81. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
82. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
83. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
84. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
85. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
86. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
87. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
88. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
89. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
90. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
91. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
92. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
93. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
94. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
95. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
96. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
97. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
98. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
99. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560
100. DE AV. KALEND. IUL. A. 1560



I. N. I.



Ti inter alia sapientis uiri criteria illud recte numeratur, fateri, in iis, quae rationis captum superant, et in imbecillitatem humani intellectus non cadunt suam ignorantiam; et agnoscere limitibus circumscriptam esse, licet egregiam mentis uim: ita hominis arrogantis et tumidi est, tanti aestimare uires ingenii, ut nihil credatur superesse imperium, illamque amplitudinem humanae cognitionis sibi imaginari, ut ad πανοφίαν quam proxime accedat. Non occultanda nostra hebetudo est; declaranda potius ingenue, ut SVMMO NVMINI summa constet perfectio, nostraque imperfectio evidentius innotescat. Scite adeo describit Ψευδοπαρέειας εγασάς CEBES THEBANVS, Socratae doctrinae afferror (a) et de iisdem tanquam suam eruditionem quantius pretii habentibns et οιομένοις μετά τῆς αληθινῆς παρετας συνομιλεῖν, prudens loquitur; hinc et inter praecipua purgamenta αὐτούς καθάρει, ἥ, quam uocat, electa, et apud illos homines reperta, ἀλεξίαν quoque numerat. O Non opus autem est longa sententiarum enumeratio:

A 2

tione:

(a) uid. WOLFIVS in notis. p. 158. et LAERTIVS. L. II.
p. m. 157.

(b) In Tabula p. 122. edit. WOLF. et p. 130.

tione : solertissimi quique antiquorum Philosophorum, cum, quam incerta et manca esset mortalium cognitio, multis speciminibus docerentur, crediderunt rectius se facturos, si ueritatis indagandae ergo fauerent nonnunquam τὴν ἐποχὴν et dubitationi tempestiuæ. (a) Hinc et morem illum eclectice philosophandi, originem traxisse certum est. Quam primum enim uiri praestantes et ingenii acumine pollentes, receptarum hypotheseon perspicerent lubrica fundamenta, merito de ueritate illorum philosophematum dubitare coeperunt, quam cum ubique non deprehenderent, auctores sibi aliisque extiterunt, ut relictis incertis opinionibus, ipsi liberius philosophari, et non nisi quae ueritati conuenient, ex aliorum scriptis et sententiis feligere discerent. Negari tamen haud potest, fuisse iam temporibus uetusissimis, homines sordidos et arrogantes, qui, ne, aut in efficta animi quiete turbarentur, aut ut semper aliiquid noui disceptationum argumenti dogmaticis Philosophis obiice-

re

(a) SOCRATES qui oraculo apud LAERT. in Vita L. II. p. m. 109. ἀνδρῶν πάντων σοφαλάτος, et CICERONI L. III. de Oratore, prudentia et acuminé, uenustate et subtilitate omnium Princeps audit, modestus ap. LAERT. p. 106. exclamabat: scire se nihil, praeter hoc, quod nihil sciat. CONFVCIVS celebratissimus Sinenium Philosophus, moleste ferens, se haberi rerum omnium peritissimum, rogantibus ipsum respondit: Non habeo salver, quam quidem nos existimatis, scientiam, uid. Scientiae Sinicae L. III. P. V. fol. 2. p. 2. § 4. ARISTOTELES ἀναγνώσταν αποελαν appellat, Lib. II. Metaph. C. IV. p. m. 1257. et ita de dubitationis egregiis commodis differit: Εἴ δέ τοις ἐνπορῆσαι θουλομένοις πρόσηγου, τὸ διαπορῆσαι καλῶς, ἡ γὰρ ὑπεξου ἐνπορίαλυσις τῶν πρόσεγον αποεγκατένων, ἐτί. I. C. C. I.

re possent, (a) longius progressi, stolido omne ueritatis inquirendae studium abiecerunt, omnia esse dubia et *ἀναληπτὰ* asseruerunt, iure ob id scepticorum inuisio titulo notati.

Nos cum in eo simus, ut de Scepsi Physica laudabili edamus praeliminare solum aliquod specimen, et de Historia Scepseos physicae et de sententia quoque nostra breuiter differemus. Ingens uero scepticorum numerus est, de quibus antiquorum scriptorum testantur monumenta. PYRRHONEM Eliensem scepticorum parentem, et qui eius uestigia secuti sunt, AENESIDEMVM, HECATAEVUM Abderitem, TIMONEM Philium, NAVSIPHANEM Teium, PHILONEM, ARCHILOCHVM, EVRIPIDEM, ZENONEN Eleatem, EMPEDOCLEM, DEMOCRITVM, XENOPHANEM, alios que memorat LAERTIVS. (b) De Academiarum Doctoribus SPEVSIPPO, (c) ARCESILA, (d) CARNEADE, (e) CHARMIDE, CLITOMACHO, (f) quorum

A 3 tamen

-
- (a) Vitium hoc in scepticis singulare notauit quoque LAERT. L. IX. in Vita Pyrronis. (b) l. c. Inter illos Xenophanes dicere solebat. Καὶ τὸ μὲν οὐν σαφές, οὐτις ἀνὴρ ἴδεν, οὐδὲτις ἐστι εἰδὼς, et Euripides statuebat. Τοὺς δὲ οἴδεν, εἰ τὸ ξῆν μὲν ἐστι κατθαυῖν, τὸ κατθαυῖν δὲ ξῆν, νομίζεται θεοῖσι. (c) L. IV. in eius uita. p. 224. (d) l. c. p. 241. (e) de quo CICER. Quæst. Academ. Laert. in uita L. IV. (f) de duobus ultimis, Charmide et Clitomacho uix habemus, quod de illorum dubitatione statuimus, modestiores reliquis fuisse, inde constat, quod, licet ad Academiam quartam a nonnullis referantur, nihil tamen fere ab auctoribus antiquis de insigni aliqua *αἵρεσις* referatur uid. LAERT. in V. Socratis. L. II. ubi de Charmide agit, Clitomachum uero Lib. IV. in Vita commemorat.

amen aliqui dubitationis modum nouisse dicuntur, idem differuit. Post illos omnium iudicio principem locum sibi uendicat SEXTVS EMPIRICVS, ingeniosissimus *ἀναλυτής* defensor, de eius uita pauca suppedant scripta ueterum, adeo, ut nec de tempore, quo uixit, satis constet. Ingenium uero et indeolem Sexti, quae exstant, opera declarant. Edidit enim libros X. aduersus Mathematicos, siue omnes eos, qui scientias tractant, et Libros. III. Pyrrhoniar. Hypotyposeon. In utroque opere, uti uniuersae Philosophiae ueritates calumiatur, ita maxime Physices certitudinem magno molimine aggresius est, quorum ausum si quis fundamenta omnia sedulo excusa disiiceret, eum rem plurimis gratam, et utilissimam facturum existimauerit. Insti-
tuti nostri ratio non patitur, ut ea quae Physicae a Sexto obiecta sunt diluamus, quia intra paucarum pagellarum terminos continere se debet nostra tractatio. Praete-
rea si LVDOV. CAELIO RHODIGINO (a) habenda fides est
PTOLOMAEVS Mathematicus apud Aegyptios insignis
eandem ad classem referendus erit, cuius reitamen ne-
que ipse Caelius sufficienes rationes attulit. ARISTOTE-
LEM quoque, qui in declarandis *Φαγομένων* selectiorum
causis prorsus inconstans (b) est, praetereo et inter recenti-
ores BERIGARDVM, BASSONEM, GASSENDVM, BER-
NERIVM nomino, quos a Physico scepticismo uix ab-
solui

(a) L. XIV. Antiquar. Lect. c. XIV. p. 726. ed. Frob. 1517.

Legimus, ait, *Mathematicorum principem, Ptolemaicum, Theologiam et Physicam contemui duxisse, quod illam prae insigni rerum excellentia humana imbecillitas reprehendere vel consequi haud queat, haec uero ob inconstitentem perpe-
tuoque fluentem materiam capi tenerique minime possit.*

(b) uid. ipsius *περὶ θάγησα* ubi nonnisi per *τὸν ἄντερ* ad
egregias quaestiones respondet.

solui posse, D. D. BVDDEVS (a) ostendit. * Celebratissima
porro est RENATI DES CARTES assertio de omnibus dñ-
bitandum (b) id quod tamen alibi (c) exponit rectius, dum
docet, *studeamus dubitare, in quibus uel minimam incertitu-
dinis suspicionem reperiemus.* Idem ergo quod perspic-
cissimi quique Philosophorum, innit, ut scilicet, prae-
iudiciis omnibus electis, circa res nondum rite perspe-
ctas,

(a) In Diff. de Scepticismo Morali. quae est in Anal. Hist
Phil. p. 215. §. 6.

* De Cardinali Nic. a CVSA, cuius librum de docta ho-
minum ignorantia citat HIRNHAIMVS de Typho
Gen. Hum. c. III. p. 29. nihil assero, cum scriptionem
ipsam uidere datum non fuerit. HENR. CORN.
AGRIPPAE leuitatem, alio forsan tempore, ubi ipsius
et aliorum contra Mathematicas disciplinas obiectio-
nes discutiemus, sumus ostensuri. Parum uero abest;
quoniam ipsum CHRISTIANVM DEMOCRITVM,
Dippelium uero nomine hominem fanaticum et o-
mnes in uirtutis pietatisque hostem, Physici scepti-
cismi incusen, is Medici Doctoris nunc titulum ge-
rit, et in Belgio Disquisitionem Physico-Medicam de uitiae
animalis morbis et medicina euulgauit. Lugd. B. 1711. ubi
Lectori hanc mutatorum studiorum rationem reddit,
quod cum libertas sentiendi Theologis adeo exosa sit,
ut ob eandem innumera mala timeri debeant, ipsum
potius ad naturalem Scientiam conuertisse ingenium,
quod ibi statuere omnia, et libere quaevis publi-
care lebeat, hoc ipso non obscure, quo illius fera-
tur animus, significat, et se non ueritatis inquistio-
nen, sed vagam scepticis meditari ostendit.

(b) Meditat. I. quanquam in hoc ipso statuendo in-
constantior sit, eo nomine a PET. DAN. HVETIO
in Censura. Phil. Cartes p. 18. notatus. (c) Princip.
Phil. P. I. art. I.

ctas, haeremus paulisper, et omni mentis attentione
in earum consideratione uersemur, ita quidem, ut ne
minima incertitudo animi nostri oculos effugiat, et nos
hac uia clarius rem dignoscamus, certius teneamus, et
felicius in ueritate confirmemur, quo ipso, uti cum sa-
nioribus Philosophis omnibus, ita eleganter quoque cum
ipso ARISTOTELE, quem supra citauimus, conspirat.
Fuerunt adeo, qui ab uniuersali scepticismo liberandum
esse Cartesium statuere, interea tamen uel ob id cul-
pandas huius Philosophi doctrinas censemant, quod sensi-
bus habendam fidem esse negauerint: et sane hoc ipsum
dogma de sensuum fallacia non postremam, cur in na-
turali scientia quamplurimi a ueritate aberrauerint, cau-
sam fuisse, constat. Erat ueluti $\pi\varrho\sigma\tau\sigma\tau\sigma$ $\psi\varrho\delta\delta\sigma$ et origo er-
roris apud Scepticos, ad illam obiectionem tanquam
ad portum canfugiebant perditissimi homines, de er-
rore tam aperto, tamque detestando a sapientioribus
moniti. Quid EMPEDOCLES aliisque inter illos $\xi\eta\eta-$
 $\kappa\omega\sigma$ nugati fuerint LAERTIVS in Pyrrhonis uita memo-
riae prodidit. Imo haereticorum nonnulli ex eodem
fonte aduersus fidei salutaris defensores argumenta de-
sumsere. CARTESIVS, cuius res heic agitur, vir inge-
niosissimus, qui merito suo inter studiosos causarum in
scientia naturali scrutatores numerandus est, non omni-
no excusatione sententiae suae uidebatur destitui. Cum
enim inter praecipua dubia. illius philosophematis op-
posita hoc quoque deprehenderet (a) an sensibus o-
mnis dignitas fidesque auferenda sit; ut obiectioni satis-
faceret, tres voluit esse sensationum gradus. (b) Ad pri-
mum pertinere dicit illud, quo ir immediate afficiunt or-
ganon

(a) Vid. Obiect. Sext. p. m. 152. (b) in reponcionib. Sextis
§. 9. p. m. 163.

ganon corporeum , ut , cum baculum per radios ab ipso uenientes uidemus , tum organon oculi nostri ita afficitur , ut ope crystallinae lenti radii in tunica retiformi colliganruⁱ , debiteque uniantur , unde postea fit imaginis nitidae repraesentatio . Secundus gradus ipsi notat id , quod in mente ex illa commotione organi resultat , uti cum color in baculo percipitur , ut iudicem , baculum uisum hoc uel illo colore tinctum esse . Tertius uero gradus complectitur illa iudicia quae occasione motuum organi corporei de rebus extra nos positis ab ineunte aetate facere consueuimus . Et quanquam his limitationibus adhibitis non nimis uidetur a recta uia recedere Cartesius , ipsius tamen sectatores , longius quam par est , progressi sunt : ita quidem ut fuerint , qui sensuum fallaciam demonstratione euincere conati sunt . cuius specimen ipse habeo , ab eo , qui exemplar meum operum Cartesii antea possederat , cum cura in margine notatum . Tutius uero et rectius statuius sensus minime fallere , si uitio careant et reliqua ad sentiendum requisita , ut objectum non nimium distet , iustum magnitudinem habeat et quae dantur alia , adsint .

Haec de Historia scepseos paucis attulimus . librandi nunc a scepticismi opinione sunt . Viri prorsus egregii et in seculi decus ac gloriam nati , qui aeuo recentiori ,

* Omitto iam illud acerbitatis virus quod pessimi quidam homines in ipsos scriptores sacros euomere , et aliquos tanquam scepticismi reos calumniari ausi sunt . Dum enim IOBVS Sanctissimus vir , diuini spiritus allegat sententiam , et c . XXXIX . XXXIX . tot naturae miracula stupendamque Summi Numinis potentiam

tiori, absurdia quorundam hominum (a) quos corruptores scientiae recte dixerunt, κένωφύγεια ac latebras defruere conati sunt. Laudanda est eorum erectior indoles, quae nullis se patitur seruitutis vinculis constringi, et auctoritatis humanae iugum, ubi Dei uerba et ratio sana non obstant, generose excutit, horum ope Physica nitori et splendori suo reddita est, illorum industria et studio factum, ut a contemtu priorum temporum,

enarrat: dum SALOMO diuino sapientiae dono instructus in Ecclesiaste c. IIX. 17 exclamat: וְרֹאֵי תִּתְהַלֵּל מִשְׁעָנָה הַלְּחִים כִּי לَا יוּכֶל הָאָדָם לְמִצְאָה אֲתִתְהַלֵּל מִשְׁעָנָה אֲשֶׁר נָעַשָּׂה תְּהִתְהַשֵּׁש בְּשֵׁל אֲשֶׁר וְעַלְתָּה הָאָדָם לְבַקֵּשׁ וְלֹא יִמְצָא וְגַם יוֹאמֵר הַחֲכָם לְרַעַת לֹא יוּכֶל לְמִצְאָה nosque omnes imbecillitatis humanae admonet, hos ipsos sapientissimos Viros ephecticis immoderatoriibus annumerat Autor Obs. XIII. Tomi. IIX. Obseruationum selectarum ad rem literariam spectantium p. 328-367. solis interpretationis aliquot dictorum ex arbitrio suo confictae, fundamentis nixus, quaequa leuissima sunt, operae pretium non est, illa sub examen uocare, atque discutere, quae ipsa sua falsitate corrunt.

(a) Scholasticos intelligo, qui otiosis tricis et inutilibus disceptationibus universam Physicam obscurarunt: Erant ad comminiscendum ingeniosi, tot statuebant in scientia naturali arcana, tam profunda, tamque inaccessa, ut de illorum cognitione nemo unquam sibi quid dignum policeri posset. Talia qualitatum occultarum nomine, eleganti ad tegendam inscitiam facto, designabant, ut rerum rationes anxie et folcite quaerentes, ad haec solamina protinus dimitterent. Licer ipsi omnia ignorarent sapientissimi

porum , quem tam obscura facies optimae disciplinae conciliauerat , vindicaretur . Pars enim perspicacissimorum naturae scrutatorum de scientia rite colenda praeceperunt , alii in instrumentis uisque ex cogitandis continuo occupabantur , quibus cultores doctrinarum diligentes adiuti , facilius in adita ista mirandorum effectuum penetrarent ; omnes hac industria nunquam perituram nomini suo laudem compararunt , quos inter VERVLAMIOS , CARTESIOS , GVERICKIOS , BOYLIOS , MALPIGHIOS plures que alios fama celebrat . Neque hodie desunt , qui eam , quam possident , in experimentis instituendis solertiam , publice dicant commodo , de quorum successibus eximiis scripta et inuenta , quae nobis innotescunt , sufficientissime testantur . Ominamur quoque futuros et posthac , qui , cum maiori longe , quam antea , facilitate et iucunditate sese commendet hoc negotium , uia multo expeditiori , in hisce operis sint progressuri . Cum praesertim et Principum clementia calcar addat industriae , et viros eruditos ad suscipienda maiora impellat . Accedit institutum eorum , qui se certis societatibus^(a) quae in

B 2 Italia

tamen uideri uolebant : hinc uideas ad innumera illos asyla confugere , nihil ex illis frustra quæsiueris , semper in promptu causa est , omniumque effectuum facultates effectricem , attractricem , expultricem , et mille formas nominant , tamque insignes difficultates sola uoce superant .

(b) uid. B. MORHOF. Polyh. T.I. L. I. c. XIV. p. m. 137.
D.D. STRVVIVS Introd. in notit. rei liter. c. X.

Italia (a), Gallia (b) Anglia (c) et Germamia (d) florent, addixerunt. Vnde magna redundat in orbem literatum utilitas, deque illorum studio optima quaevis polliceri licet. Antequam vero, mente meam exponam clarus, monendum aliquid est de instituto HIERONYMI HIRNHAIMII, Ecclesiae Praemonstratensis Pragae Abbas et Theol. Doctoris. publicauit is (e) tractatum de Tyro generis humani, sive de scientiarum humanarum ianu et uentofo tumore, difficultate, labilitate, falsitate, instantia, prae sumptione incommodis et periculis. Praeclaris hunc effert laudibus obseruator Halensis (f) ipsiusque

(a) In Italia plura fuere eruditorum Collegia. In scientia naturali occupabantur *Lyncei* Romae. *Gli Philharmonici* et *Aetropili* Veronae, *del Cimento* Florentiae, *Della Traccia* Bononiae, pluraque aliae, quorum quedam mox sub initia extincta sunt. (b) Floret adhuc *L' Academie Royale des sciences* quae superiori seculo coepit. cuius Historiam primam 10. BAPT. DU HAMEL descripsit; continuavit autem, qui adhuc uiuit et Academiae Secretarius est Mr. FONTENELLE. alias in illo regno existentes tacemus. (c) Anglicana Londinensis quae omnium artium et scientiarum incrementa meditatur fatis nota est. (d) Collegium naturae curiosorum de quo Illustris G. VV. VVEDELVS Patronus et Praeceptor religiose deuenerandus, egit in eleganti *Commentatione, de Progressu Academiae naturae Curiosorum*, adhuc egregiis in rem publicam literariam meritis, patriam nostram illustrat. cui Regia Berolinensium Societas quae ante paucos annos coepit, adiicienda, cuius privilegea Illustresque Socios peculiare Germanicum Schediasma commemorat. (e) Pragae 1676. 4. (f) Obs. Select. Tom. VII. obs. 8. p. 209. sq.

usque institutum probat atque defendit. Videri etiam
hic poterat omnem meditandi de his rebus occasio-
nem praeripuisse a quinto enim fere usque ad decimum
octauum caput, de absconditis ut ipse putat secretioris
Physicæ mysteriis, rerumque naturalium incertitudi-
ne multis sermonibus differit. Sed parum ipsius
tractatio cum nostra habet commune : is nescio quas
Sympathias et antipathias ridiculas crepat, in quibus
saepe incerta narrationis fides est, aliqua uero nullum
post se momentum trahunt, (a) ut hodie quorundam,
quae attulit phaenomenorum, etiam tirones Physicæ
facile rationem reddant ; quare etiam ampla discussio-
ne eorum quae afferuit, non opus est, nosque ad sen-
tentiae nostræ expositionem breuiter transimus.

Συνψις απὸ τοῦ σκέψεως a considerando, deliberan-
do dicta est , et pro deliberatione et consideratio-
ne sollicita a Graecis scriptoribus usurpata occurrit.
Factum uero postea est , ut deprehensis inter Philo-
sophos aliquibus , qui perpetua illa deliberatione uten-
dum , et fluctuandum semper esse statuebant, eorum
uitium σκέψεως, γῆγερες, απορίας, ἐποχῆς, optimae cae-
teroquin notae uocibus, exprimerent. Nobis Scepsis illa
dubitatio est, quando idearum relatione nondum in a-
prico posita, mens , tantisper assensum cohibet, donec

B 3

quid

(a) Unicum ex tanta farragine phaenomenorum adfe-
ram, ne ipsi gratis aliquid tribuissse uidear. Narrat
in Galliae aliquo Monasterio, tot adfuisse in lacu ui-
cino pisces, quot fuerant in Coenobio Monachi:
aegrotante horum aliquo, piscem aquae super natasse
infirmum, et ante fratris mortem ipsum etiam piscem
interiisse.

quid de ideis propositis firmiter statui possit , perspi-
ciat. Imbecillitas haec quidem mentis est , quae perspi-
cacia sufficienti , et in diiudicatione obscurarum idea-
rum necessaria , destituitur : uerum , cum ad ueritatem
properamus , medium existit haec dubitatio , quo facili-
us et certius metam propositam consequamur ; hinc
scientiae partem non contremendam cum VERVLA-
MIO (a) magno Magnae Britanniae ornamento , dixe-
ris. Cumque scientia naturalis amplitudine et diffi-
cultate sua maxime moretur sapientiae cultores , du-
bitationem et in hac utilissimam esse patere arbitror ,
imo pluribus ostendi posset argumentis. Non rerum
fluxam conditionem affero , quippe quae in causa non
est , cur toties haereamus : (b) sed eam potius laudauerim
mali originem , quia (I) nec naturas rerum intime
habemus perspectas , unde innumera effectuum mul-
titudo exoritur ; (II.) neque sensuum ea perfectio est ,
ut ad consideranda quae in effectibus concurrunt phaeno-
mena sufficiat. Videmus adeo sensibus adiutis egregia
in scientiam naturalem commoda promanasse , et unici
aeris natura penitus perspecta , eius elatere , grauita-
te , et pressione ingenti cognitis , insolubilibus sine
hac notitia dubiis , satisfactum est. In eo ergo si cura
et studium nostrum occupetur , ut his malis medeamur ,
admirandis augebitur scientia praestantissima incre-
mentis.

Qua

(a) L. III. De Augment. Scientiar. c. IV. p. m. 165. uid. quoque
CICERO. L. I. De. N. D. c. I. (b) Bene ANTON.
LE GRAND. Instit. Phil. P. IV. Art. I. p. 145. 147. ed.
Londin. Licet , ait , ea quae Physica tractat. fluxa sint et
mutabilia , iudicia tamen , quae de illis feruntur , stabilia
sunt et firma.

Qua sententia nostra exposita, omnis, dum sce-
psin laudauimus, suspicio a nobis aberit; neque enim
denegamus (c) Physicae et scientiae nomen et lau-
dem, inesse ei potius euidentes et indubias demon-
strationes cum B. I. C. STVRMIO, (d) iudica-
mus. Ast abrumpenda nunc inchoata tractatio est,
cuius illustratio et demonstratio ulterior in specimine
Kalendarii dubitationum sive *dubiorum phenomenorum*
indice, quem desiderabat VERVLAMIVS (e) mox
DEO adiuuante, sequetur.

Τῷ δὲ μόνῳ σοφῷ Θεῷ, σωτῆρι ἡμῶν, δόξα
καὶ μεγαλοσύνῃ, κράτος καὶ ἐξουσία καὶ νῦν
καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰώνας.

Α' μήν.

-
- (c) Quod tamen fecit CELEB. Auctor Cautelarum circa
Præcognita Iuris c. XIII. caut. 5. 6. ubi omnes de-
monstrations Physicas principiis dubiis inniti afferit,
quod, de ipsius physica notitia verum esse, qui-
libet concederit. (b) Phys. Erotem. qu. 2. p. 1. sqq.
ARISTOTELES rigorosus πρᾶτος ita appellatas in
hac scientia esse uoluit demonstrationes, in qua et
subiectum adeat necessarium substantia, et affectio
ab ipsa realiter distincta, per causam realiter causan-
tem, et ab affectione realiter diuersam demonstretur.
Sed fallitur dum ideo Mathematicis demonstratio-
nibus obest: siquidem sine subiecto reali et reli-
quis est demonstratio, si modo certitudo et euiden-
tia obtineantur, et neque principia neque inferendi
modus culpari possit. de Demonstr. regulis. LOCKIUS,
de I. H. L. IV. c. II. Autor Artis Cogit. P. IV. c. IX.
IO. CLERICVS Log. P. III. c. XII. p. m. 174.

NOBILISSIMO
DN. PFEIFFERO
ARGVMENTI HVIVS
DEFENSORI ERVDITISSIMO
s. d. p.
PRAESES.

Persequeris adeo strenue coeptam elegantiorum literarum tractationem, et, quem ingressus es ad solidam doctrinam tramitem, felicibus successibus legis. In Salana Ienensi Academia iam de cauenda solicite studiorum mutatione egregie inter bonorum applausus differueras: Vitembergae non minus graues, de scientiae naturalis legitima cura, eruditis exponis admonitiones. Satisfecisti his Tuis conatibus exspectationi Illustris Patriae, Maxime Reuerendi PARENTIS, amicorumque, qui Te, ex Tuam cum doctrina iunctam modestiam, perspexerunt. Fauxit Ille sapientiae uerae fons, ut fausta haec omnia mox secunda industriae præmia consequantur: ut Ecclesiae, Patriae, in cuius spem natus es, eruditione et opera Tuaprofesse possis. Vale meque ama. Dab. Vittembergae
D. IX. Iul. cccxi

ULB Halle
003 620 00X

3



5b,

VII

17



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

54. 60
Q. D. B. V.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO,
PRINCIPES RÉGIO, ELECTORATVS SAXON. HEREDE
ETC. ETC. ETC.
*CONSENSV AMPLISSIONI PHILOSOPHORVM
ORDINIS
DISSERTATIONEM*
DE
SCEPSI PHYSICA
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTVNT
PRAESES,
M. IO. FRIDERICVS VVEIDLER
MEGA-NEOHVSANVS THVR.
ET
RESPONDENS
RVDOLPHVS PAVLVS Pfeiffer
ERFVRTHO-THVRING.
D. VII. KALEND. IVL. A. CCXCC XII.
VITEMBERGAE,
FORMIS CREVSIGIANIS.

